

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.



*Ornatissimi, pietate, doctrina & prudentia præstantis, Senatorijq; ordinis, in inclita
Serbestana Rep. Viri,*

Dⁿ. VVOLF GANGI KISVVETERI

Cum honestissimâ & pudicissimâ virgine,

CATHARINA,

Dⁿ.: GEORGII BOCKI, Scribæ in Principali præfectura Serbestana publici dilecta filia,

Celebratis ibidem 9. Augusti, Anno 1608.

Ἰπόμενος ἰσχυρῆ.

Asta DEUS mens est, & casti pectoris esse
Sponsos inter se discupit esse novos
Casta DEUS mens est, & casti pectoris esse
Vult Musas, sponsis quæ cecinere novis

Hymnos: spurcitie qui porcos, haudq; Poetas

Fert, impunè suas commaculare manus.

Sponse, tibi castam, vidui solatia lecti,

Qui sociam adduxit, sit quoq; vester AMOR,

Quem voce ingeminat devota Ignatius ista:

O meus, en CHRISTUS, de cruce pendet AMOR.

M. Caspar Ulricus.

Carmen nuptiale, scriptum

à

Volffgango Catharina suo pulcherrima nubit,
Patria quem jactat, curia quemque colit:

Ergo qui radijs terrarum opera omnia lustras

Phœbe, serenantem gaudia redde diem.

Tuque canis sitiens aurati incendia solis

Qui geminas, flammæ hac moderare die.

Nam novus haud Sponsus, nova nec Sponsa indiget

Sed flammæ alias hæc duo corda foveat. (illis

Interea Sponsus non frangitur ipse calore,

Nam tollit flammæ unica flamma suas.

Hanc Sponso serves flammam regnator olympi,

Tempora dum cœlum, dum regit hora diem.

Hujus enim tacitum semper suspirat amorem,

Hanc petit, hanc Sponsam percupit atq; suam.

Nec minus, ut perhibent, hæc contra flammula pro-

Hunc mihi delegi: certè erit ille meus: (fert:

Ille mihi donec fulgebunt sidera cœlo

Omnibus in toto carior orbe manet

Ille tibi maneat, gaude Catharina pudoris

Flòsq;, decúsq;, pium namq; es adepta virum,

Quem petiere piæ, præstanti corpore nymphæ,

Cui laqueos multæ disposuere suos,

Disposuere quidem, sed frustra, namque Iehova

Huic esses voluit casta virago viro.

Huic subjecta viro sis, & castissima semper

Admonitu facias nominis ipsa tui.

Tu quoq; Sponse manu Catharinam gratus utraq;

Accipias Sponsam, quam tibi Iehova dedit,

Illiusque manus niveas, & eburnea tangas

Brachia, jungas & lateri ipse latus.

Præteritum luctum licitus sic mitiget ardor:

Quòdque opto, vobis unio CHRISTUS erit.

Iohanne Cöppenio Serbestano.

SERBESTÆ

Imprimebat Christophorus Vveida, Anno 1608.

D. VVOLFGANNGI KISSVETTERI

212
99.



V
Rigo
Pho
I
C
Hanc
I

SE
I



Dr. Georgii Beckmanni
Celsarii

Allegoriam
Celsarii
Liberus
Textus
Sphaera
Celsarii
Celsarii



Carmen
Vollständig
Lactia purpurea
Ergo dei regis
Phoebe
Iridus
Celsarii

Handwritten marginal note in a decorative script.



№ 1996.

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!


28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX





112

[Faint, illegible text from the reverse side of the page is visible through the paper.]

